

12. Ultra consonantiarum sit perfectior.
13. An Modi Musici rectè definiantur.
14. An octo tonis omnis cantus absolvatur.
15. An secunda novem, an pluribus constet commatis.
16. An vulgaris octo modorum agnitio sufficiens sit.
17. An semitonium minus rectè dividatur in naturale & fictum.
18. Quomodo semitonium majus & minus constituatur & distinguatur.
19. De septem vocibus Musicalibus bo, ce, di, ga, lo, ma, ni.
20. De definitione Musicae.
21. De Musices distributione.

*Hasce easdem quaestiones eodem ordine, quo sese in tuis disputationibus consequuntur, explicabimus, paucas tamen quasdam, quae ejusdem materiae sunt, & à te separatim proponuntur, brevitatis gratiâ conjungemus.*

### *De prima quaestione.*

*Quodnam sit subjectum Musicae.*

**R***espondes in quaestione nona decadis primae, Musicae subjectum esse non so-*

*num*